



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 4. De Natiuitate Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

pula, si ex communi vtriusq; consensu castè viuant. Quale matrimonium hoc Deo gratius est, & maioris meriti, quanto similius est matrimonio Matris eius & Christi cum sponsa Ecclesia.



## MEDITATIO IV. DE NATIVITATE CHRISTI.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

- Ex Eu. I. Publicato Augusti, de descriptione orbis decreto ascendit Ioseph in Bethlehem, cum uxore sua eò quod esset de familia Dauid.*
- ang.*
- Luc. 2.*
- II. Cum essent ibi impleti sunt dies MARIAE, ut pareret: Et peperit primogenitum suum.*
- III. Inuoluit eum pannis, & reclinauit in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.*

---

### F I G V R A.

*Exod. 2. M*OYSES postquam natus est, positus est in fiscella scirpea.

PRO-

## PROPHETIÆ.

1. **A** Dhuc unum modicum est, & ego cō- Agg. 2.  
mquebo cœlum & terram, & veniet  
desideratus cunctis gentibus.
2. Et tu Bethlehem Ephrata nequaquam Mich. 5.  
minima es in principibus Iuda : ex te enim  
exierit dux, qui regat populum meum Israel.
3. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & Esa. 7.  
vocabitur nomen eius Emanuel.
4. Antequā parturiret peperit, antequam Esa. 66.  
veniret partus eius, peperit masculum.
5. Parvulus natus est nobis, & filius da- Esa. 9.  
tus est nobis ; & factus est principatus super  
humerum eius.
6. Cognovit bos possessorem suum & asinus Esa. 1.  
præsepe Domini sui, Israël autem me non co-  
gnouit.
7. Parauit Deus brachium sanctum suum Esa. 52.  
in oculis omnium gentium, & videbunt om-  
nes fines terra salutare Dei nostri.
8. Post hac in terris visus est, & cum ho- Baruch.  
minibus conuersatus est. 3.
9. Et videbunt gentes iustum tuum, & Esa. 62.  
cuncti reges inclytum tuum.
10. Propter hoc sciet populus meus nomen Esa. 52.  
meum in die illa, quia ego ipse, qui loquebar,  
ecce adsum.
- II. Stella dederunt lumen in custodiis suis Baruch.  
& latet sunt, vocatae sunt, & dixerunt. 3.  
Adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate,  
qui fecit illas. A. 7 D O-

## DOCUMENTA.

1. Ioseph discedens è Galilæa quod interpretatur, volubilis, abijt in Iudæa quod, Confessio, in Bethlehem, quod interpretatur, Domus panis, vt inscriberetur in catalogum eorum qui erant de familia Dauid: Et nos si velimus, vt veri filij, & domestici cœlestis Dauid scribi in libro vitæ, deseramus res volubiles & transitorias huius mundi, & facta vera confessione, & expurgataque ab omnibus sordibus conscientia, sæpe adeamus mensam panis viui, qui descendit de cœlo, vt det vitam nundo.

*Ioan. 6.* 2. Si B. Virgo cum tanto suo incommodo, & afflictione domum propriam deseruit, & abiit in Bethlehem, vt pateret edito Principis terreni, quanto potius nobis omnia incommoda & labores perferendi sunt, vt pareamus mandatis diuinis.

3. Deus descendendo in terram pro nativitate sua elegit exiguum urbem Bethlehem, & pro ignominiosa morte sua regiam urbem Hierosolymam, ad confusionem nostram: qui, si quid dignum laude vel gloria agimus, id volumus mox publicari, & in totum mundum diuulgari. Defectus vero nostros, & si quid reprehensione dignum committimus id volumus cœlari, & si fieri posset, etiam intra viscera terræ recondi.

4. Si Religiosi, qui professionem faciunt: imitandi Christum, contemplarentur Filij Dei paupertatem, vilibus fascijs illigati, in præsepi animalium depositi, paruo lacte pasti: nunquam grauiter ferrent aut lecti sui durius, vel mensæ parcitatem vel vestimentorum vilitatem.

5. Fi-

5. Filius Dei veniens in hunc mundum ele-  
git in nativitate sua pauperem domum , pau-  
perem lectum , pauperem matrem , res omnes  
pauperes. Si Iesus est Sapientia aeterna , de qua  
dicit Propheta , quod sciuerit reprobare ma-  
lum, & eligere bonum, certum est , non esse  
vera bona, quæ homines huius faculi bona ex-  
istimant , vt opes, honores, delicias &c. Sed  
quæ elegit Christus, vt paupertatem , humili-  
tatem, & malorum tolerantiam.

Esa. 7.

6. Deus veniens in hunc mundum , non in-  
uenit locum pro se, & ideo opus habuit , cum  
tanta sua molestia nasci in stabulo. Quare ho-  
mines qui in hoc mundo volunt frui omni-  
bus commodis, magna habent dubitandi cau-  
sam, qua parte fruituri sint in altero. Contra,  
gaudere debent pauperes , & omnes humanis  
auxilijs destituti , nam tanto in cœlo appare-  
bunt gloriosiores cum Christo, quanto in ter-  
ra fuerint illi similiores.



## MEDITATIO V. DE PASTORIBVS.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Pastoribus revelatur per Angelos Chri-  
sti nativitas : Euangelizo vobis Lue. 2.  
gaudium magnum &c. Qui & ce-  
cinerunt: GLORIA in excelsis.*

II. *Pastores in Bethlehem properantes:  
Inuenerunt Mariam , & Ioseph,  
& puerum &c.*

III. Re-